



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. Propununtur aliæ quædam quæstiones circa iudices, ad quos est appellandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

404 Tit. XXVIII. De appellationibus, recusationibus, & relationibus
in e. referente. 7. de Prebendis ubi Presbyter quidam ab Archidiacono ad Archiepiscopum appellavit, omisso medio, Episcopo scilicet, appellatio fuerit admis-
ta, fuit tamen hoc factum in casu, ubi Archidiaconus privativè excluso Episco-
po jurisdictionem habuit, ita ut ad hunc casum non Episcopus, sed Archiepisco-
pus immediatus hujus Archidiaconi su-
perior fuerit; prout etiam à generali E-
piscopi Vicario, non ad Episcopum, cuius unà cum suo Vicario idem tribunal
est, sed ad Archiepiscopum appellari de-
bet, & à sententia Iudicis delegati, ad
delegantem vel ejus successorem, si ali-
quid jurisdictionis hic sibi reservavit, ap-
pellari debet, prout ex tit. L. 1. De offi-
cio Iud. deleg. jam patet.

§. IV.

Proponuntur aliae quadam questio-
nes circa Iudices, ad quos est ap-
pellandum.

Primò queritur, quid juris sit, si uter-
q; litigantium appelleret ad diversos Iu-
dices. 7. Teneri quidem, si super eodem
negotio pars utraque litigans ad diversos
Iudices appellavit, comparete coram Iu-
dice appellationis inferiore immediatè,
qui ad superiorē mediatum appellavit,
si ceteris ab inferiore & suam appella-
tionem allegare. c. Si duobus 7. b. 1. (ne
ordinariam immediati Iudicis potesta-
tem contempnere videatur) non posset ta-
men hunc contra eum, qui ad Superiorē
rem appellavit, procedere, quia jurisdi-
ctio Superioris absorbet jurisdictionem
Inferioris. Sunt tamen, qui putent, capi-
tuli illius decisionem tantum procedere
in illo casu, in quo licet, omisso medio

inferiore, ad Iudicem superiorē medi-
tum appellare.

Secundò queritur, an à Iudice in-
lari appellari possit ad Ecclesiastico,
sicut ad Papam? 7. Valere appella-
tionem à Iudice seculari, ad Papam,
si ille sit subiectus temporali jurisdic-
tioni Ecclesie Romane, non autem
lere (spectato iure communī, quod
sit de confuetudine) si jurisdictiones
temporali Papæ talis Iudex à quo, subiectus
non sit, juxta cit. c. Si duobus 7. dicitur.
Neque enim in causis Laicorum tem-
poralibus jurisdictionem habet Papas,
temporali hujus jurisdictioni illi subiec-
tit. Quod si autem non valeat in
latis casibus appellatio ad Papam, multo
minus valebit ad alium Iudicem Eccle-
siasticum.

Tertiò queritur, ad quem appelle-
dum sit à collatione beneficii facili con-
muniter ab Episcopo & Capitulo. Non posse quidem fieri appellatione
ad Episcopum, si collatione tali con-
tebat, ut Episcopus, posse tamen fieri
ad eum appellationem, si collatione
interveniebat ut Canonicus, juxta c.
collatione II. in C. b. t. Illud quidem in
non potest, ne ad eundem, quod habet
gesstis, appellari videatur, cum tamen
appellatio debeat esse ad Superiorē.
Hoc fieri potest, cum ut sic non dicatur
Episcopus actum hunc gesstis, sed Capi-
tulum, ergo ad Superiorē fit appella-
tio, si in tali casu à Capitulo ad Epis-
copum appelleretur. Praetulimus autem po-
rumque, ut Episcopus tali collatione con-
currisse, nisi probari possit contrarie
ex probabilibus circumstantiis, aut non
sit contrarium.